

Ecce ego mittam angelum qui precedat te et custodiat in uia: et introducat ad locum quem paraui. Obserua cum et audi uocem eius. Nec contemnendum putes. quia non dimittet cum peccaueris: et est nomen meum in illo. **Q**uod si audieris uocem eius et feceris omnia que loquor: inimicus ero inimicis tuis. et adfligam affligentes te. precedetque te angelus meus: et introducet te ad amoretum. et hetheum. et phezeum. chananeumque et eugum. et iebuseum: quos ego conteram.

Non adorabis deos eorum: nec coles eos. Non facies opera eorum. sed destrues eos: et confringes statuas eorum. Seruiensque domino deo uestro: ut benedicam panibus tuis et aquis: et auferam infirmitatem de medio tui. Non erit in secunda: nec sterilis in terra tua. Numero dierum tuorum implebo. **E**rrorum meum mittam in precursum tuum: et occidam omnem populum ad quem ingredi eris. Cunctorumque inimicorum tuorum coram te terga uertam: emittens crabrones prius. qui fugabunt eueum et chananeum. et hetheum antequam introeas. Non eiciam eos a facie tua anno uno: ne terra in solitudinem redigatur. et crescant contra te bestie. Paulatim expellam eos de conspectu tuo: donec augetis et possideas terram. Ponam autem terminos tuos a mari rubro usque ad mare palestinorum: et a deserto usque ad fluum. Gradam manibus uestris habitatores terre: et eiciam eos de conspectu uestro. Non

imbit cum eis fedus: nec cum dijs eorum. Non in terra tua habitent: ne forte peccare te faciant in me. si serueris dijs eorum. quod tibi certe erit in scandalum. **M**oysi quoque dixit. Ascende ad dominum tuum et aaron. nadab et abiu. et septuaginta senes ex israhel: et adorabis procul. Solusque moyses ascendet ad dominum: et illi non appropinquabunt. nec populus ascendet cum eo. Cernit ergo moyses et narrauit plebi omnia uerba domini: atque iudicia. Responditque cunctus populus una uoce. Omnia uerba domini que locutus est faciemus. **S**cripsit autem moyses uniuersos sermones domini. Et mane consurgens edificauit altare ad radices montis: et duodecim uitulos per duodecim tribus israhel. Misitque iuuenes de filiis israhel et obtulerunt holocausta: immolaueruntque uictimas pacificas domino. uitulos duodecim. Tulit itaque moyses dimidiam partem sanguinis. et misit in crateras: partem autem residuam. fudit super altare. Adsumensque uolumen federis: legit audiente populo. Qui dixerunt. Omnia que locutus est dominus faciemus: et erimus obediens. Ille uero sumptum sanguinem: respexit in populum et ait. Hic est sanguis federis. quod pepigit dominus uobiscum super cunctis sermonibus his.

Ascenderuntque moyses et aaron. nadab. et abiu: et septuaginta de senioribus israhel. **E**t uiderunt deum israhel: sub pedibus eius quasi opus lapidis saphiri. et quasi celum cum serenum est. Nec super eos qui procul recesserant de filiis israhel: misit

manum suam. Videruntq; dñm: et comederunt ac biberunt. **D**ixit autē dñs ad moysen. Ascende ad me in montem et esto ibi: daboq; tibi tabulas lapideas. et legem ac mandata que scripsi ut doccas eos. Surrexerunt moyses et iosue minister eius. Ascenditq; moyses in montem dei. scilicet ait. Expectate hic: donec reuertamur ad uos. Habetis aaron: et huius uobiscum. Siquid natum fuerit questionis: referat ad eos. Cumq; ascendisset moyses: operuit nubes montem. et habitauit gloria domini super synai: tegens illum nube sex diebus. **S**eptimo autem die uocauit eum de medio caliginis. Erat autem species glorie dñi. quasi ignis ardens super uerticem montis: in conspectu filiorum isrl. Ingressusq; moyses medium nebulę ascendit in montem: et fuit ibi quadraginta diebus; et quadraginta noctibus. **L**ocutusq; est dñs ad moysen dicens. Loquere filiis isrl: ut tollant michi primitias. Ab omni homine qui offert uironeus: accipias eas. **H**ec sunt autē que accipere debetis. Aurum et argentum et es. hyacinthum. et purpuram. coccumq; bistrinctum. et bissum. pilos caprarum. et pelles arietum rubricatas. pelles hyacinthinas. et ligna sethim: oleum ad luminaria concinnanda. aromata in unguentū. et thyma bona boni odoris. lapides onichinos. et gemmas ad ornandum ephod ac rationale. Facientq; michi scuarium et habitabo in medio eorum: iuxta omnem similitudinem tabernaculi quod ostendam tibi. et omnium uaso-

rum in cultum eius. Sicq; facies illud. **A**rcham delignis sethim compingite: cuius latitudo habeat duos semis cubitos. latitudo cubitum ac dimidiū. altitudo cubitum ac semissem similiter. Et de aurabis eā auro mundissimo: intus et foris. Faciesq; supra coronam auream per circuitum: et quatuor circulos aureos. quos pones per quatuor archę angulos. Duo circuli sint in latere uno: et duo in altero. Facies quoq; uerces delignis sethim. et operies eos auro: inducesq; per circulos qui sunt in archę lateribus ut portetur in eis. Qui semper erunt in circulis: nec unquam extrahentur ab eis. Ponesq; in archam testificationem: quā dabo tibi. Facies et propitiatorii: de auro mundissimo. Duos cubitos et dimidium tenebit longitudo eius: semissem et cubitum latitudo. Duos quoq; cherubim aureos et productiles facies: ex utraq; parte oraculi. Cherub unus sit in latere uno: et alter in altero. Utrumq; latus propitiatorii tegant: expandentes alas et operientes oraculum. Respiciantq; se mutuo: uersis uultibus in propitiatorium. quo operienda est archa. In qua pones testimonium: quod dabo tibi. Inde precipiam: et loquar ad te. super propitiatorio scilicet ac medio duorum cherubim qui erunt super archam testimonij. cuncta que mandabo per te filiis isrl. Facies et mensam delignis sethim: habentem duos cubitos longitudinis. et in latitudine cubitum. et in altitudine cubitum ac semissem. Et in

aurabis eam: auro purissimo. Faciesq; illi labium aureum paritanti: et ipsi labio coronam auream intertasilem altam quatuor digitos. et sup illam alteram coronam aureolam. Quatuor quoq; circulos aureos preparabis: et pones eos in quatuor angulis eiusdem mensae per singulos pedes. Subter coronam erunt circuli aurei: ut mutantur uetres per eos. et possit mensa portari. Ipsosq; uetres facies delignis scythim. et circumdabis auro: ad subuehendam mensam. Parabis et acitabula. ac fialas. turibula. ac cyatos. in quib; offerenda sunt libamina ex auro purissimo: et pones sup mensam panes propositionis in conspectu meo semp. Facies et candelabrum ductile de auro mundissimo: hastile eius et calamos. scyphos et sperulas achilia ex ipso procedentia. Sex calami egredientur de lateribus: tres ex uno latere. et tres ex altero. Tres scyphi quasi innuis modum per singulos calamos: speruleq; simul achilium. Et tres similiter scyphi instar nucis in calamo altero: sperulaq; et libum. Hoc erit opus sex calamorum: qui producendi sunt de hastili. In ipso autem candelabro erunt quatuor scyphi innuis modum: speruleq; per singulos et libra. sperula sub duob; calamis per tria loca. Qui simul sex fiunt: procedentes de hastili uno. Et sperule igitur et calami ex ipso erunt: uniuersa ductilia de auro purissimo. Facies et lucernas septem: et pones eas sup candelabrum. ut luce

ant exaduerso. Emunctoria quoq; et ubi que emuncta sunt extinguantur: fiant de auro purissimo. Omne opus candelabri cum uniuersis uasibus suis: habebit talentum auri mundissimi. Inspice: et fac sedm exemplar. quod tibi in monte monstratum est. Tabernaculum uero: ita fiet. Decem Lxxvi. coronas de bisso reorta. et hyacinto ac purpura. coctaq; bis tincto. uariatas opere plumario facies. Longitudo cortinae unius habebit uiginti octo cubitos: latitudo quatuor cubitorum erit. Unius mensura: fient uniuersa tentoria. Quinq; cortinae sibi iungentur mutuo: et alie quinq; nexu simili coherebunt. Anfulas hyacinthinas in lateribus: ac summitatibus: facies coronarum: ut possint inuice copulari. Quinquagenas anfulas corona una habebit in utraq; parte: ita insertas. ut anse contra ansas ueniant. et altera alteri possit aptari. Facies et quinquaginta circulos aureos quib; coronarum uela iungenda sunt: ut unum tabernaculum fiat. Et facies saga ciliciana undecim: ad operiendum tectum tabernaculi. Longitudo sagi unius habebit triginta cubitos: et altitudo quatuor. Equa erit mensura sagorum omnium. Equib; quinq; iunges seorsum. et sex sibi mutuo copulabis: ita ut sextum sagum in fronte tecti duplices. Facies et quinquaginta ansas in ore sagi unius ut coniungi cu alio qat: quinquaginta ansa in ora sagi alteri cu alio copulet. Quinquaginta q; fibulas eneas facies quibus iungant anse: unum ex omnibus opum fiat. Quod au

te sup fuerit in sagis q̄ p̄ parantur
 tecto. id est unum sagum qd' ampli
 est: ex medietate eius operies poste
 riora tabernaculi. Et cubitus ex una
 parte pendebit. et alter ex altera: qui
 plus est in sagorum magnitudine
 utrumq; latus tabernaculi prote
 gens. Facies et operimentū aliud tecto
 de pellibus arietum rubricatis: et
 sup hoc rursum aliud operimentū
 de hyacinthinis pellibus. Facies et ta
 bulas stantes tabernaculi de lignis
 sethym: que singule denos cubitos
 in longitudine habeant. et in lati
 tudine singulos ac semissem. In la
 teribus tabule due in castrature
 fient: quib; tabula altari tabule
 conectatur. Atq; in hunc modum.
 cuncte tabule parabuntur. Quarū
 uiginti erunt in latere meridiano:
 quod uergit ad austrum. Quibus
 quadraginta bases argenteas fun
 des: ut bine bases singulis tabulis
 per duos angulos subiciantur. In la
 tere quoq; secundo tabernaculi.
 quod uergit ad aquilonem. uigin
 ti tabule erunt: quadraginta ha
 bentes bases argenteas. Bine bases
 singulis tabulis sub ponentur. Ad
 occidentalem uero plagam taber
 naculi. facies sex tabulas: et rursum
 abā duas. que in angulis erigant.
 post tergum tabernaculi. Eruntq;
 coniuncte a deorsum usq; sursum:
 et una omnes compago retinebit.
 Quabus quoq; tabulis que in an
 gulis ponende sunt: similib; iun
 ctura seruabitur. Et erunt simul
 octo tabule: bases earum argenteas
 sexdecim. duab; basib; per unam

tabulam supputatis. Facies et uedes
 de lignis sethym quinq; ad continen
 das tabulas in uno latere taberna
 culi. et quinq; alios in altero: et ei
 dem numeri ad occidentalem pla
 gam. qui mittentur per medias ta
 bulas. a summo usq; ad summum.
 Ipsasq; tabulas de aurabis: et fun
 des in eis anulos aureos. p̄ quos ue
 ces tabulata contineant quos operi
 es laminis aureis. Et eriges taber
 naculum: iuxta exemplum quod
 tibi in monte monstratum est. Fa
 cies et uelum de hyacintho et pur
 pura coccoq; bis tincto et bisso re
 torta. opere plumario. et pulchra
 uarietate contextum: quod appen
 des ante quatuor columnas de li
 gnis sethym. Que ipse quidem de
 aurate erunt et habebunt capi
 ta aurea: sed bases argenteas. Inse
 retur autem uelum p̄ circulos intra
 quod ponet archam testimonij: et
 quo sanctuariū & sanctuarij sanctu
 aria diuidentur. Ponet ei propicia
 torium sup archam testimonij in
 sancta sanctorum: mensamq; extra
 uelum. et contra mensam candela
 brum. in latere tabernaculi meridi
 ano. Mensa enim stabit: in parte
 aquilonis. Facies et tentorium in
 introitu tabernaculi de hyacintho
 et purpura. coccoq; bis tincto. et bis
 so retorta: opere plumario. Et q̄nq;
 columpnas de aurabis lignorum se
 thym: ante quas ducentur tentoriū.
 Quarum erunt capita aurea: et ba
 ses eue. Facies et altare de lignis
 sethym. Quod habebit quinq; cu
 bitos in longitudine. et totidem

in latitudine id est quadrum: et tres cubitos in altitudine. Cornua autem per quatuor angulos ex ipso erunt: et operiet illud etc. Faciesque in usus eius lebetas ad suscipiendos cineres: et forripes atque fuscinulas et ignium receptacula. Omnia uasa ex etc. fabricabis. Craticulamque in modum retil eneam: per cuius quatuor angulos quatuor anuli erunt. quos pones super arulam altaris. Eruntque craticula usque ad altaris medium. Facies et uectes altaris de lignis sethim duos: quos operiet laminis eneis. et induces per circulos. eruntque ex utroque latere ad portandum altaris. non solidum sed in ane. et cauum intrinsecus facies illud: sicut tibi in monte monstratum est. Facies et atrium tabernaculi. In cuius plaga australi contra meridiem erunt tentoria de bisso rectora. Centum cubitos unum latus tenebit in longitudine: et columnas uiginti cum basibus eisdem eneis. que capita cum celaturis suis habebunt argentea. Similiter in latere aquilonis per longum erunt tentoria centum cubitorum: columnas uiginti. et bases eneis eiusdem numeri. et capita earum cum celaturis suis argentea. In latitudine uero atrij quod respicit ad occidentem: erunt tentoria per quinquaginta cubitos. et columnas decem basesque eisdem. In ea quoque atrij latitudine que respicit ad orientem. quinquaginta cubiti erunt: in quibus quindecim cubitorum tentoria lateri uno deputabuntur. columnasque tres. et bases eisdem.

Et in latere altero erunt tentoria cubitos optinentia quindecim: columnas tres. et bases eisdem. In introitu uero atrij fiet tentorium cubitorum uiginti ex hyacintho et purpura. coccoque bis tincto. et bisso rectora: opere plumarij. Columnas habebit quatuor: cum basibus eisdem. Omnes columnas atrij per circuitum. uestite erunt laminis aureis. capitibus argenteis: et basibus eneis. in longitudine occupabit atrium cubitos centum. in latitudine quinquaginta: altitudo quinque cubitorum erit. Fietque de bisso rectora. et habebit bases eneis. cuncta uasa tabernaculi in omnes usus et ceremonias. tam paxillos eius quam atrij: ex ere facies. **P**recipe filiis israel: ut afferant tibi oleum de arboribus oliuarum purissimum piloque confusum: ut ardeat lucerna semper in tabernaculo testimonij extra uelum quod operansum est testimonio. Et collocabunt eam aaron et filij eius: et usque mane luceat coram domino. perpetuus erit cultus per successiones eorum a filiis israel. **A**pplica quoque ad te aaron fratrem tuum cum filiis suis de medio filiorum israel. ut sacerdos fungantur michi: aaron. nadab. et abiu. eleazar. et ithamar. **F**aciesque uestem sanctam fratri tuo in gloriam et decorem. Et loqueris cunctis sapientibus corde. quos repleui spiritu prudentie: ut faciant uestes aaron. in quibus sanctificatus ministret michi. **H**ec autem erunt uestimenta que facient rationale et super humerale. tunicam.

et lineam strictam: cidarium et baltheum. Facient uestimenta sancta aaron fratri tuo et filij eius: ut sacerdotio fungantur michi. accipientq; aurum et hyacinthum et purpuram: coccumq; bis tinctum. et byssum. Facient autem sup humerale de auro et hyacintho ac purpura. coccoq; bis tincto. et bysso retorta: opere polymito. duas oras iunctas habebit in utroq; latere summitatum. et in unum redeant. ipsaq; textura et cuncta operis uarietas erit ex auro. et hyacintho. ac purpura. coccoq; bis tincto: et bysso retorta. Sumesq; duos lapides onychinos: et sculpes in eis nomina filiorum isrl. Sex nomina in lapide uno. et sex reliqua in altero: iuxta ordinem natiuitatis eorum. Opere sculptoris et celatura gemmarij sculpes eos nominibus filiorum isrl. in duso auro atq; circumdatos: et pones in utroq; latere sup humeralis. memoriale filiis isrl. portabitq; aaron nomina eorum coram dno. sup utruq; humerum: obrecordationem. Facies et uncinos ex auro: et duas catenulas auri purissimi si inuicem coherentes quas inseres uncinis. Rationale quoq; iudicij facies opere polymito. iuxta texturam sup humeralis: ex auro hyacintho et purpura. coccoq; bis tincto. et bysso retorta. Quadrangulum erit et duplex. Mensuram palmi habebit. tam in longitudine quam in latitudine: ponesq; in eo quatuor ordines lapidum. In primo uersu: erit lapis sardius. et topa-

zius. et zimaragdus. In secundo: carbunculus. saphyrus. et iaspis. In tertio: bygyrius. achates. et amethystus. In quarto: chrysolitus. onychinus. et berillus. Inclusi auro erunt pordines suos: habebuntq; nomina filiorum isrl. duodecim nominibus: celabuntur singuli lapides: nominibus singulorum p duodecim tribus. Facies in rationali catenas sibi inuicem coherentes ex auro purissimo: et duos anulos aureos. quos pones in utraq; rationalis summitate catenasq; aureas iunges anulis qui sunt in marginibus eius: et ipsarum chatenarum extrema duobus copulabis uncinis in utroq; latere sup humeralis. qd rationale respicit. Facies et duos anulos aureos qui ponendi sunt in utroq; latere sup humeralis deorsum. qd respicit contra faciem iuncture inferioris. ut aptari possit cum super humerali: ut stringatur rationale anulis suis cum anulis sup humeralis. uitta hyacinthina ut maneat iunctura fabrefacta. et a se inuicem rationale et sup humerale nequeant separari. Portabitq; aaron nomina filiorum isrl in rationali iudicij sup pectus suum quando ingreditur sanctuarium: memoriale coram dno in eternum. Pones autem in rationali iudicij doctrinam et ueritatem. Que erunt in pectore aaron quando ingreditur coram dno: et gestabit iudicium filiorum isrl in pectore suo in conspectu dni semp. Facies et tunicam sup humeralis totam hyacinthinam. In cuius medio supra erit capitium et ora per gyrum

quos pones in summitatibus rationalis. et in oris que ex regione se sup humeralis. et posteriora ei aspiciunt. Hec et alios duos anulos aureos

eius textilib; sicut fieri solet in extre-
 mis uestium parib; ne facile rum-
 patur. Deorsum uero ad pedes eius-
 dem tunice percircuitum quasi
 mala punica facies ex hyacinto et
 purpura. et cocco bis tincto. mixtis
 in medio tintinnabulis. ita ut tin-
 tinnabulum sit aureum. et malū
 punicum. rursumq; tintinnabulū
 aliud aureum. et malum puniciū.
 Et uestietur ea aaron in officio mi-
 nisterij: ut audiatur sonitus quōdo
 ingredietur regēdēt sanctuarium in con-
 spectu dñi. et non moriatur. Faci-
 es et lamminam de auro purissi-
 mo: in qua sculpsit opere celatoris
 sanctum dño. ligabisq; eam iur-
 ta hyacinthina. et erit sup tiaram
 imminens fronti pontificis.

Portabitq; aaron iniquitates eo-
 rum que obtulerunt et sanctifi-
 cauerunt filij isrl' in cunctis mu-
 neribus et donarijs suis. Erat au-
 tem lammina semp in fronte ei:
 ut placatus ei sit dominus. Strin-
 gesq; tunicam bysso. Et tiaram
 byssinam facies. et balteum: opere
 plumarij. Porro filijs aarō tunicas
 lineas parabis: et baltheos ac tiaras
 in gliam et decorem. Vestiesq; his
 omnibus aaron fratrem tuum. et
 filios eius cum eo: et cunctorum
 consecrabis manus. sanctificabisq;
 illos ut sacerdotio fungantur mi-
 chi. Facies et feminaha linea: ut
 operiant carnem turpitudinis
 sue. a femib; usq; ad feminaha.
 Et utuntur eis aaron et filij eius
 quando ingredientur taberna-
 culum testimonij. uel quando

appropinquant ad altare ut mi-
 nistrent in sanctuario: ne iniqui-
 tatis rei moriantur. Legitimum
 sempiternum erit aaron et semi-
 ni eius post eum. Sed et hoc facies:
 ut michi in sacerdotio consecrentur.
 Tolle utculum de armento. et ari-
 ctes duos immaculatos panesq; azi-
 mos. et crustulam absq; fermento
 que conspsa sint oleo: lagana q̄q;
 azima oleo lita. De simila triticia
 cuncta facies: et posita in canistro
 offeres. utculum autem et duos ari-
 ctes et aaron ac filios eius applica-
 bis ad ostium tabernaculi testimo-
 nij. Cumq; laueris patrem cum fi-
 lijs aqua: indues aaron uestimen-
 tis suis. id est linea et tunica sup
 humerali et rationali. quod con-
 stringes balteo. Et pones tiaram
 in capite eius. et lamminam sanctā
 sup tiaram: et oleum unctionis fun-
 des sup caput ei atq; hoc ritu conse-
 crabitur. Filios quoq; illius appli-
 cabis. et indues tunicas lineis. cin-
 gesq; baltheo. aaron scilicet et libe-
 ros eius: et impones eis mitras. Eruntq;
 sacerdotes mei religione perpetua.

Postquam intiaueris manus eo-
 rum. Applicabis et utculum coram
 tabernaculo testimonij. imponetq;
 aaron et filij eius manus sup caput
 illius: et mactabis eum in conspe-
 ctu dñi iuxta ostium tabernaculi
 testimonij. Sumptumq; de san-
 guine utuli. pones sup cornua
 altaris digito tuo: reliquum au-
 tem sanguinem fundes iuxta ba-
 sem eius. Sumes et adipem totū
 qui operit in testina et reticulū

icoris ac duos renes. et adipem qui
sup eos est: et offeres incensum sup
altare. carnes uero uiculi. et corium.
et simum. combures foris extra ca-
stra: eo quod pro peccato sit. Unū
quoq; arietem sumes: sup cuius ca-
put ponent aaron et filij eius ma-
nus. Quem cum mactaueris: tolles
de sanguine eius et fundes circa
altare. ipsum autem arietem seca-
bis infrustra. Iotaq; intestina eius
ac pedes ponet sup concisa carnes.
et sup caput illius: et offeres totū
arietem in incensum sup altare.

Oblatio est dño: odor suauissimi
uicime dei. tolles quoq; arietem
alterum: sup cuius caput aaron
et filij eius ponent manus. Quem
cum immolaueris: sumes de san-
guine ipsius. et ponet sup extremū
dextere auricule aaron et filiorū
eius. et sup pollices manus eorum
et pedis dextri. fundesq; sanguinē
sup altare p circuitum. Cumq; tu-
leris de sanguine qui est sup alta-
re. et de oleo unctionis: asperges aa-
ron et uestes eius. filios et uestimen-
ta eorum. Consecratisq; et ipsis ue-
stibus: tolles adipem de ariete et
caudam. et arumam que operit ui-
talia. ac reticulum icoris. et duos re-
nes. atq; adipem qui sup eos est. ar-
mumq; dextrum. eo quod sit aries
consecrationis. tortam panis unius.
crustulam conspsam oleo. laganū
de camistro azimorum quod posi-
tum est in conspectu dñi: ponesq;
omnia sup manus aaron et filioꝝ
eius. et sanctificabis eos. eleuans co-
ram dño. Suscipiesq; uniuersa de

manibus eorum. et incendes sup al-
tare in holocaustum. odorem suauis-
simum in conspectu dñi: quia obla-
tio eius est. Sumes quoq; pectusculū
de ariete quo iniatus est aaron: san-
ctificabisq; illud eleuatum coram
dño. et cedet in partem suam. Sancti-
cabisq; et pectusculum consecratisq;
et armum quem de ariete separasti.
quo iniatus est aaron: et filij eius.
cedentq; in partem aaron et filioꝝ
eius iure ppetuo a filiis isrl. quia
primitiua sunt et mica de uicti-
mis eorum pacificis que offerunt
dño. Vestem autem sanctam qua
utitur aaron. habebunt filij eius
post eum: ut unguantur in ea et
consecrentur manus eorū. Septē
dieb; utitur illa qui pontifex pro
eo fuerit constitutus de filiis eius:
et qui ingredietur tabernaculū
testimonij ut ministret in san-
ctuario. Arietem autem consecrati-
onis tolles. et coques carnes eius in
loco sancto: quib; uescetur aaron
et filij eius. Panes quoq; qui sunt
in camistro in uestibulo tabernacu-
li testimonij comedent: ut sit pla-
cabile sacrificium et sanctificen-
tur offerentium manus. Alienige-
na non uescetur ex eis quia sancti
sunt. Quod si remanserit de carni-
bus consecratis siue de panib; usq;
mane: combures reliquias igni.
Non comedentur: quia sanctificati
sunt. Omnia que precepi tibi facies
sup aarō et filijs eius. Septem dieb;
consecrabis manus eorum: et ui-
tulum pro peccato offeres per sin-
gulos dies ad expiandum. Munda

bisq; altare cum immolaueris ex-
 piationis hostiam: et unguet illud in
 sanctificationem. Septem diebus ex-
 piabis sup altare et sanctificabis:
 et erit sanctum sanctorum. Omnis
 qui tetigerit illud: sanctificabitur.
 Hoc est quod facies in altari. Agnos
 anniculos duos per singulos dies
 iugiter: unum agnum mane et
 alterum uespere. Decimam parte
 simile consperse oleo unso quod
 habeat mensuram quartam parte
 bin: et unum ad libandum eiusde
 mensure in agno uno. Alterum ue-
 ro agnum offeres ad uesperam iu-
 xta ritum matutine oblationis: et
 iuxta ea que diximus. in odorem
 suauitatis. sacrificium est dno. ob-
 latione perpetua. in generationes
 uestras ad ostium tabernaculi te-
 stimonij coram dno. ubi constituam
 ut loquar ad te. ibiq; propitiā filijs
 isrl. Et sanctificabitur altare in glo-
 ria mea. Sanctificabo et tabernaculum
 testimonij cum altari: et aaron cum
 filijs eius. ut sacerdotio fungantur
 michi. Et habitabo in medio filioy
 isrl: erog; eis deus. Et scient quia
 ego dñs deus eorum qui eduxi eos
 de terra egypti: ut manerem inter
 illos. ego dñs ipsorum. Faciesq; alta-
 re ad adolendum thymama de
 lignis sethim: habens cubitū lon-
 gitudinis et alterum latitudinis.
 id est quadrangulum. et duos cu-
 bitos altitudinis. cornua ex ipso
 procedent. Vestesq; illud auro pu-
 rissimo: tam craticulam eius quā
 parietes per circuitum. et cornua.
 Facies quoq; ei coronam aureolā

per gyrum. et duos anulos aureos
 sub corona. per singula latera: ut
 mittantur in eos uertes et altare por-
 tetur. Ipsos quoq; uertes. facies de
 lignis sethim: et in aurabis. Ponesq;
 altare contra uelum qd ante archā
 pendet testimonij coram ppiciatorio
 quo tegitur testimonium: ubi lo-
 quar tibi. Et adolebit incensum
 sup eo. aaron suaue flagrans. Ma-
 ne quando componet lucernas.
 incendet illud: et quando collocat
 eas ad uesperum. uret thymama
 sempiternum coram dno in gene-
 rationes uestras. Non offeretis sup
 eo thymama compositionis alteri-
 us. nec oblationem et uictimam:
 nec liba libabitis. Et deprecabitur
 aaron sup cornua eius semel per
 annum in sanguine qui oblati
 est pro peccato: et placabit sup eo
 in generationibus uestris. Sanctū
 sanctorum erit dno. Locutusq; est
 dñs ad moysen dicens. Quando tu-
 leris summam filioy isrl: iuxta
 numerum dabunt singuli pretiū
 pro animabus suis dno. et non erit
 plaga in eis. cum fuerint recensi.
 Hoc autem dabit omnis qui tran-
 sit ad nomen. Dimidium sicti iu-
 xta mensuram templi. Sictus: ui-
 ginti habet obolos. Media pars si-
 cti: offerretur dno. Qui habetur in
 numero a uiginti annis et supra:
 dabit pretiū. Diues non addet
 ad medium sicti: et pauper nichil
 minuit. Susceptamq; pecuniam
 que collata est a filijs isrl trades
 in usus tabernaculi testimonij: ut
 sit monumentū eorum coram dno.

et propicietur animabus eorum. **L**ocutusque est dominus ad moysen dicens. Faciesque et labium encum cum basi sua ad lauandum: ponisque illud inter tabernaculum testimonij et altare. Et missa aqua lauabunt in eo aaron et filij eius manus suas ac pedes: quando ingressuri sunt testimonium tabernaculi. et quando accessuri ad altare ut offerant in eo tymiana domino. ne forte moriantur. Legitimum sempiternum erit ipsi et semini eius per successiones.

Locutusque est dominus ad moysen dicens. Sume tibi aromata prime zmyrne et electe quingentos siclos. et cinnamomi medium. id est ducentos quinquaginta siclos. calami similiter ducentos quinquaginta casie quoque quingentos siclos in pondere sanctuarij. oleum de oliuetis mensuram hin: faciesque unctionis oleum sanctum unguentum compositum opere unguentarij. et unguet ex eo tabernaculum testimonij. et archam testamenti. mensamque cum uasis suis. candelabrum et utensilia eius. altaria tymiamatis et holocausti. et uniuersa suppellectilem que ad cultum eorum ponent. Sanctificabisque omnia: et erunt sancta sanctorum. Qui tingerit ea: sanctificabitur. Aaron et filios eius unguet. sanctificabisque eos: ut sacerdotio fungantur michi. Filijs quoque israhel dices. Hoc oleum unctionis sanctum erit michi in generationes uestras. Caro hominis non unguetur ex eo. et iuxta compositio-

nem eius non facietis aliud: quia sanctificatum est et sanctum erit uobis. Homo quicumque tale compositum fuerit. et dederit ex eo alieno: exterminabitur de populo suo. Dixitque dominus ad moysen. Sume tibi aromata stacten. et onycha. galbanen boni odoris. et thus lucidissimum equalis ponderis erunt omnia: faciesque tymiana compositum opere unguentarij. mixtum diligenter et purum. et sanctificatione dignissimum. Cumque in tenuissimum puluerem uniuersa contuderis: ponet ex eo coram testimonio tabernaculi. in quo loco apparebo tibi. Sanctum sanctorum erit uobis tymiana. Talem compositionem non facietis in usus uestros: quia sanctum est domino. homo quicumque fecerit simile ut odore illius perfruat: peribit de populis suis.

Locutusque est dominus ad moysen: dicens. Ecce uocam ex nomine beseleel filium hur. filij hur de tribu iuda: et impleui eum spiritu dei. sapientia et sciencia. in omni opere ad extogitandum fabre quicquid fieri poterit. ex auro et argento. et cre. marmore et gemmis. et diuersitate lignorum. Deditque ei socum hooliab filium achisamech: de tribu dan. Et in corde omnis eruditi posui sapientiam. ut faciant cuncta que precepi tibi: tabernaculum federis. et archam testimonij. et propiciatorium quod super eam est. et cuncta uasa tabernaculi. mensamque et uasa eius. candelabrum purissimum cum uasis suis et altare tymiamatis. et

holocausti. et omnia uasa eorum.
labium cum basi sua. uestes scās
in ministerio aaron sacerdoti et
filijs eius. ut fungantur officio suo
in sacris oleum unctionis et tymi-
ama aromatum in sanctuario.
Omnia que precepi tibi facient.
Et locutus est dñs ad moysen. Lo-
quere filijs isrl. et dices ad eos. Cu-
date ut sabbatum meum custodia-
tis: quia signum est inter me et
uos in generationibus ur̄is. et sci-
atis quia ego dñs qui sanctifico
uos. Custodite sabbatum. Sanctū
enim est uobis. Qui polluerit illud:
morte morietur. Qui fecerit in eo
opus: peribit anima illius de me-
dio populi sui. Sex dieb; facies op̄:
in die septimo sabbatum est reij-
es sancta dño. Omnis qui fecerit
opus in hac die: morietur. Custo-
diant filij isrl sabbatum: et cele-
brent illud in generationib; suis.
Pactum est sempiternum inter me
et filios isrl: signumq; perpetuum.
Sex enim diebus dñs fecit celum
et terram: et in septimo ab opere
cessauit. **D**edit quoq; moysi com-
plectis huiuscemodi sermonibus
in monte synai duas tabulas te-
stimoniij lapideas: scriptas digito
dei. **V**idens autem populus qđ
moram fecerit descendendi de
monte moyses: congregatus ad-
uersus aaron ait. Surge fac no-
bis deos: qui nos precedant. Moyses
si uero huic uiro qui nos duxit
de terra egypti: ignoramus quid
acciderit ei. Dixitq; ad eos aaron.
Tollite aureas aureas de uxorū

filiorumq; et filiarum uestrarum
auribus: et afferte ad me. Factq;
populus que iusserat: deferens in
aures ad aaron. Quas cum ille acce-
pisset: formauit opere fusorio. et
fecit et ex eis uentilum conflatilem.
Dixeruntq;: Hii sunt dii tui isrl: qui
te duxerunt de terra egypti. Quod
cum uidisset aaron. edificauit al-
tate coram eo: et preconis uoce da-
mavit dicens. Cras sollemnitatis dñi
est. Surgentesq; mane: obtulerūt
holocausta. et hostias pacificas. Et
sedet populus manducare ac bibe-
re: et surrexerunt ludere.
Locutus est autē dñs ad moysen.
Vade descende. Peccauit populus
tuus quem eduxisti de terra egypti.
Recesserunt cito de uia quem osten-
disti eis: feceruntq; sibi uentilum
conflatilem. et adorauerunt. atq;
immolantes ei hostias dixerunt.
Isti sunt dii tui isrl: qui te eduxe-
runt de terra egypti. Rursumq;
ait dñs ad moysen. Cerno quod
populus iste dure ceruicis sit. Di-
mitte me ut irascatur furor meus
contra eos et deleam eos: faciamq;
te in gentem magnam. **M**oyses
autem orabat dominum deū su-
um: dicens. Cur dñe irascatur fu-
tor tuus contra populum tuum
quem eduxisti de terra egypti.
in fortitudine magna et in ma-
nu robusta: Ne queso dicant egypti:
callide eduxit eos ut interfi-
ceret in montibus. et deleat e ter-
ra. Quiescat ira tua: et esto placa-
bilis sup nequitiam populi tui.
Recordare abraham. ysaac. et isrl.

seruorum tuorum: quibus iurasti per te
met ipsum dicens. multiplicabo se-
men uestrum sicut stellas celi. et uni-
uersam terram hanc de qua locutus
sum dabo semini uestro. et posside-
bitis eam semp. Placatusq; est dñs
ne faceret malum qd' locutus fuerat
aduersus populum. suum.

Et reuersus est moyses de monte
portans duas tabulas testimonij in
manu: scriptas ex utraq; parte. et fa-
ctas opere dñi. Scriptura quoq; dei
erat sculpta in tabulis. Audiens au-
tem iosue tumultu populi uocife-
rantis: ait ad moysen. Uulatus pu-
gne auditur in castris. Qui respon-
dit. Non est clamor adhortantiu
ad pugnam. neq; uociferatio com-
pellentium ad fugam: sed uocem
cantantium ego audio. Cumq; ap-
propinquasset ad castra: uidit ui-
dit uiculum et choros. Iratusq;
ualde. picat de manibus tabulas:
et confregit eas ad radices montis.
Arripientq; uiculum que fecerant:
combussit et contriuit usq; ad
puluerem. Quem sperxit in aqua:
et dedit ex eo potum filiis isrl.

Dixitq; ad aaron. Quid tibi fecit
hic populus. ut induceres super
eum peccatum maximum: Cui
ille respondit. Non indignetur
dñs meus. Tu enim nosti popu-
lum istum quod pronus sit ad
malum. Dixerunt michi. Fac no-
bis deos: qui precedant nos. Hunc
enim moysi qui eduxit nos de
terra egypti: nescimus quid ac-
ciderit. Quibus ego dixi. Quis ue-
strum habet aurum: Tulerunt

et dederunt michi. Et picat illud in
ignem: egressusq; est hic uiculus. Vi-
dens ergo moyses populum qd' esset
nudatus. spoliauerat enim eum aa-
ron ppter ignominiam sordis. et inter
hostes nudum constituerat.

Et stans in porta castroru: ait.
Siquis est domini: iungatur mi-
chi. Congratiq; sunt ad eum om-
nes filij leui. Quibus ait. Hec dicit
dñs deus filijs isrl. Ponatur gladi-
um sup femur suum. Itte et redi-
te de porta usq; ad portam. per
medium castrorum: et occidat
unusquisq; fratrem suum et ami-
cum et pximum. Fecerunt filij
leui: iuxta sermonem moysi.

Cecideruntq; in illo die: quasi ui-
ginti quia milia hominum. Et ait
moyses. Consecrasti manus uras
dño hodie. unusquisq; in filio et
fratre suo: ut detur uobis benedi-
ctio. **F**acto autem die altero: lo-
cutus est moyses ad populum. Pec-
catis peccatum maximum. Ascen-
dam ad dñm: si quo modo cum
qui uero deprecari pro scelere ue-
stro. Reuersusq; ad dñm: ait. Obse-
cro peccauit populus iste peccatu
magnum: feceruntq; sibi deos aure-
os. Aut dimitte eis hanc noxam: aut
si non facis. dele me de libro tuo:
quem scripsisti. Cui respondit do-
minus. Qui peccauerit michi: de-
lebo eum de libro meo. Tu autem
uade: et duc populum istum quo
locutus sum tibi. Angelus meus
precedet te. Ego autem in die ulti-
onis: uisitabo et hoc peccatum
eorum. Percussit ergo dñs poplin

LXXIII

Lpro reatu uituli quem fecit aaron.
 Locutusq; est dñs ad moysen.
 Uade ascende de loco isto tu et po-
 pulus tuus quē eduxisti de terra
 egypti: in terram quam iuravi a-
 braham. ysaac. et iacob dicens. semi-
 ni tuo dabo eam. Et mittam precur-
 sorem tuum angelum. ut eiciam cha-
 naneum. et amorreum. et hebreū.
 et pherezium. et euicum. et iebu-
 seum: et intres in terra fluentem
 lacte et melle. Non enim ascen-
 dam tecum. quia populus dure cer-
 uicis es: ne forte dispdam te in uia.
 Audiens populus sermonem hūc
 pessimum. luxit: et nullus ex mo-
 re induit est cultu suo.
Dixitq; dñs ad moysen. Loquere
 filiis isrl. Populus dure ceruicis es.
 Semel ascendam in medio tuu: et
 delebo te. Jam nunc depone orna-
 tum tuum: ut sciam quid faciam
 tibi. Deposuerunt ergo filij isrl
 ornatum suum a monte horeb. Moy-
 ses quoq; tollens tabernaculum
 tetendit extra castra procul: uo-
 cauitq; nomen eius tabernaculū
 federis. Et omnis populus qui ha-
 bebatur aliquam questionem: egre-
 diebatur ad tabernaculum fede-
 ris extra castra. Cumq; egredere-
 tur moyses ad tabernaculum:
 surgebat uniuersa plebs. et stabat
 unusquisq; in ostio papilionis
 sui. aspiciēbantq; tergum moysi
 donec ingrederetur tentoriū. In-
 gresso autem illo tabernaculum
 federis: descendebat columna nu-
 bis. et stabat ad ostium. loqueba-
 turq; cum moyse cernentibus uni-

uersis quod columna nubis staret
 ad ostium tabernaculi. Stabantq;
 ipsi: et adorabant per fores taber-
 naculorum suorum. **L**oquebatur
 autem dñs ad moysen facie ad faci-
 em: sicut loq; solet ho ad amicum su-
 um. Cumq; ille reuertetur in ca-
 stris: minister eius iosue filius nun-
 puer. non recedebat de tabernacu-
 lo. Dixit autē moyses ad dñm.
 Precipis ut educam populum istū.
 et non indicas michi quem missu-
 rus es mecum: presertim cum dix-
 ris noui te ex nomine. et inuenisti
 grām coram me. **S**i ergo inueni
 gratiam in conspectu tuo: ostende
 michi faciem tuam ut sciam te. et
 inueniam grām ante oculos tuos.
 Respice populum tuum gentem
 hanc. Dixitq; dñs. Facies mea pre-
 cedet te: et requiem dabo tibi. Et
 ait moyses. Si non tu ipse prece-
 des: ne educas nos de loco isto. In q̄
 enim scire poterimus ego et populus
 tuus inuenisse nos gratiam in con-
 spectu tuo. nisi ambulaueris nobis-
 cum et glorificemur ab omnibus
 populis qui habitant sup terram.
 Dixit autem dñs ad moysen. Et
 uerbum istud quod locutus es faci-
 am. Inuenisti enim gratiam coram
 me: et te ipsum noui ex nomine.
 Qui ait. Ostende michi gloriam
 tuam. Respondit. Ego ostendam
 omne bonum tibi: et uocabo in
 nomine dñi coram te. et misere-
 bor cui uolueris. et clementer ero
 in quem michi placuerit. Rur-
 sumq; ait. Non poteris uidere fa-
 ciem meam. Non enim uide-

bit me homo: et uiuet. Et iterum.
 Ecce inquit est locus apud me: sta-
 bis supra petram. Cuiusq; transibit
 gloria mea: ponam te in foramine
 petre. et protegam dextera mea.
 donec transeam. Tollamq; manu
 meam. et uidebis posteriora mea:
 faciem autem meam uidere non
 poteris. **A**c demceps. precide ait
 tibi duas tabulas lapideas instar
 priorum: et scribam sup eas uer-
 ba que habuerunt tabule quas
 fregisti. Esto paratus mane: ut as-
 cendas statim in montem synai.
 Stabisq; mecum sup uertice mon-
 tis. Nullus ascendat tecum: nec
 uideatur quispiam per totum mon-
 tem. Boues quoq; et oues: non pas-
 cantur contra. Exiit ergo du-
 as tabulas lapideas quales antea
 fuerant: et de nocte consurgens
 ascendit montem synai sicut ei
 preceperat dñs. portans secum ta-
 bulas. Cumq; descendisset dñs
 per nubem: stetit moyses cum eo
 inuocans nomen dñi. Quo transe-
 unte coram eo: ait. Dñator dñe
 deus: misericors et clemens. pati-
 ens et multe miserationis ac ue-
 rax. Qui custodis misericordiam in mi-
 lia: qui auferis iniquitatem et sce-
 lera atq; peccata. Nullusq; apud
 te pse innocens est. Qui reddis in-
 quitatem patrum filiis ac nepoti-
 bus: in tertiam et quartam pro-
 geniem. Festinusq; moyses. cur-
 uatus est pronus in terram: et ad-
 orans ait. Si inueni gratiam in
 conspectu tuo dñe: obsecro ut gra-
 diaris nobiscum. populus enim

dure cervicis est: et auferas iniquita-
 tes suas atq; peccata. nosq; possideas.
 Respondit dñs. Ego inibo pactum.
 Videntibus cunctis signa faciam que
 nunquam sunt uisa sup terram.
 nec in ullis genibus: ut ternet po-
 pulus in cuius es medio opus dñi
 terribile quod facturum sum. Obser-
 ua cuncta que hodie mandavi ti-
 bi. Ego ipse eiciam ante faciem tua
 amorreum. et chananeum. et he-
 theum. pherezeum quoq; et cue-
 um. et iebuseum. Caue ne umquam
 cum habitatorib; terre illius iungas
 amicitias que tibi sint in ruinam:
 sed aras eorum destrue. confringe
 statuas. lucosq; succide. Noli ado-
 rare deum alienum. Dominus zelo-
 tes nomen eius. Deus est emulador.
 Ne in eas pactum cum hominib;
 illarum regionum: ne cum forni-
 cati fuerint cum dijs suis et ado-
 rauerint simulachra eorum. uo-
 cet te quispiam ut comedas de
 immolatis. Nec uxorem accipia-
 tis de filiabus eorum filiis tuis: ne
 postquam ipse fuerint fornicate.
 fornicati faciant et filio tuos in de-
 os suos. Deos conflatores. non facies
 tibi. Sollemnitatem azimorum cu-
 stodies. Septem diebus uesceris azi-
 mis sicut precepi tibi: in tempore
 mensis nouorum. Mense enim uer-
 ni temporis egressus es de egypto.
Omne quod aperit uuluum ge-
 neris masculini: meum erit de
 cunctis animantibus. Tam de bo-
 bus quam de ouibus: meum erit.
 Primogenitum asini: redimes
 oue. Sin autem nec precium pro eo

dederis: occidetur. Primogenitum filiorum tuorum redimes: nec apparebis in conspectu meo uacuis. Sex diebus opaberis: in die septimo cessabis arare et metere. Sollemnitatem ebdomadarum facies tibi in primiciis frugum messis tue: et sollemnitatem quando redeunte anni tempore cuncta conduntur. Tribus temporibus anni apparebit omne masculinum tuum in conspectu omnipotentis domini dei israel. Cum enim tuleris gentes a facie tua et dilataueris terminos tuos nullus insidiabitur terre tue. ascendente et apparente in conspectu domini dei tui ter in anno. Non immolabis super fermento sanguinem hostie mee: nec residet mane de uictima sollemnitatis phase. Primicias frugum terre tue: offeres in domo domini dei tui. Non coques hedi in lacte matris sue.

Dixitque dominus ad moysen. Scribe tibi uerba hec: quibus et tecum et cum israel pepigi fedus. Fuit ergo ibi cum domino quadraginta dies et quadraginta noctes: panem non comedit et aquam non bibit. et scripsit in tabulis uerba federis decem. **C**umque descenderet moyses de monte synai. tenebat duas tabulas testimonij: et ignorabat quod cornuta esset facies sua ex conspectu sermonis domini. Videns autem aaron et filij israel cornutam moysi faciem: timuerunt propter accedere. Vocatique ab eo: reuersi sunt tam aaron quam principes synagoge. Et postquam locutus est:

uenerunt ad eum etiam omnes filij israel. Quibus precepit cuncta que audierat a domino in monte synai. Impletisque sermonibus: posuit uelamen super faciem suam. Quod ingressus ad dominum et loquens cum eo aufererat donec exiret: et tunc loquebatur ad filios israel. omnia que sibi fuerant imperata. Qui uidebant faciem egredientis moysi esse cornutam: sed operiebat rursus ille faciem suam. si quando loquebatur ad eos. **I**gitur congregata omni turba filiorum israel: dixit ad eos. Hec sunt que iussit dominus fieri. Sex diebus facies opus: septimus dies erit uobis sanctus. sabbatum et requies domini. Qui fecerit opus in eo: occidetur. Non succendetis ignem in omnibus habitaculis uestris per diem sabbati. **E**t ait moyses ad omnem cateruam filiorum israel. Iste est sermo quem precepit dominus: dicens. Separate apud uos: primicias domino. Omnis uoluntarius et proxi animi offerat eas domino. aurum. argentum. et es. hyacinthum. et purpuram. coccumque bistinctum. et bissum. pilos caprarum. et pelles arietum rubricatas. et hyacinthinas. ligna sethim. et oleum ad luminaria concinnanda. et ut conficiatur unguentum et tymiama suauissimum. lapides onichynos. et gemmas ad ornamentum super humeralis et rationalis. Quisquis uestrum est sapiens: ueniat et faciat quod dominus imperauit. tabernaculum scilicet et tectum eius atque operimentum. anulos et tabulata cum uertibus. paxillos et bases. archam

xxxv.

et uelles propiciatorum. et uelum quod
ante illud obpanditur. mensam cum
uelibus et uasis et propositionis
pambus. candelabrum ad lumi-
naria sustentenda. uasa illius et
lucernas et oleum ad nutrimenta
ignium. altare tymiamatis et ue-
lles. oleum unctionis. et tymiama.
ex aromatibus. tentorium ad osti-
um tabernaculi. altare holocau-
sti et craticulam eius encam cum
uelibus et uasis suis. labrum et ba-
sem eius. coronas atrij cum colum-
nis et basibus. tentorium in foribus
uestibuli. paxillos tabernaculi et
atrij cum funiculis suis. uestimen-
ta quorum usus est in ministerio
sanctuarij. uestes aaron pontificis
ac filiorum eius: ut sacerdotio fun-
gantur michi. Egressaq; omnis
multitudo filiorum israel de conspe-
ctu moysi. obtulit mente promp-
tissima atq; deuota primitias domino
ad faciendum opus tabernaculi
testimonij: quicquid in cultum
et ad uestes sanctas necessarium
erat. Viri cum mulieribus prebu-
erunt armillas et manillas: anu-
los et dextralia. Omne uas aureum
in donaria domini separatum est. Si-
quis habuit hyacinthum et purpuram.
coccumq; bis tinctum. byssum. et
pilos caprarum. pelles arietum
rubricatas et hyacinthinas. argen-
ti et ens. metalla. obtulerunt domino:
ligna q; sechm in uarios usus. Sed
et mulieres docte dederunt que
nouerant. hyacinthum. purpuram
et uermiculum. ac byssum. et pilos
caprarum: sponte propria cuncta

tribuentes. Principes uero obtu-
lerunt lapides onychinos. et gem-
mas. ad super humerale et rationale:
aromataq; et oleum ad lumina-
ria concinnanda et ad prepara-
ndum unguentum ac tymiama odo-
ris suauissimi componendum. Om-
nes uiri et mulieres mente deuota
obtulerunt donaria: ut fierent ope-
ra que iusserat dominus per manum
moysi. Cuncti filij israel uoluntaria
domino dedicauerunt. **D**ixitq; moy-
ses. ad filios israel. Ecce uocauit dominus
ex nomine beseleel filium hur. fi-
lij hur. de tribu iuda: impleuitq;
eum spiritu dei. sapientia. et in-
telligentia. et scientia. omni do-
ctrina ad excogitandum et faci-
endum opus in auro et argento.
et ere. sculpendisq; lapidibus: et
opere carpentario. Quicquid fa-
bre ad inueniri potest: dedit in
corde eius. Ooliab quoq; filium
achisamech: de tribu dan. Ambos
erudiuit sapientia: ut faciant
opera abietarij. polimitarij. ac
plumarij. de hyacintho. ac purpu-
ra. coccoq; bis tincto. et bysso. et
texant omnia ac noua queq;
reperiant. Fecit ergo beseleel. et **xxxvi**
ooliab. et omnis uir sapiens qui-
bus dedit dominus sapientiam. et in-
tellectum. ut scirent fabre ope-
rari: que in usus sanctuarij
necessaria sunt. et que precepit
dominus. Cumq; uocasset eos moyses.
et omnem eruditum uirum cui
dederat dominus sapientiam. et qui
sponte sua obtulerat se ad faci-
endum opus: tradidit eis uni-

uersa donaria filiorum isrl. Qui cū
 instarent operi cotidie: mane uota
 populus offerebat. Unde artifices
 uenire compulsi: dixerunt moysi.
 Plus offert populus: quam necessari-
 um est. Iussit ergo moyses preconis
 uoce cantari. Nec uir nec mulier
 quicquam ultra offerat in opere
 sanctuarij. Sicq; cessatum est a mu-
 neribus offerendis: eo quo oblata
 sufficerent et sup habundarent.
 Feceruntq; omnes corde sapientes
 ad explendum opus tabernaculi:
 cortinas decem de bysso recta. et
 hyacinthino. et purpura. coccoq; bis
 tincto opere uario et arte polimita.
 Quarū una habebat in longitudi-
 ne uiginti octo cubitos: in latitu-
 dine quatuor. Vna mensura erat
 omnium cortinarū. Coniunxitq;
 cortinas quinque alteram alteri: et
 alias quinque sibi inuicem copula-
 uit. Fecit et ansas hyacinthinas in
 ora cortine unius ex utroq; latere.
 et in ora cortine alterius similiter:
 ut contra se inuicem uenirent an-
 se et mutuo iungerentur. Unde
 et quinquaginta fudit circulos
 aureos qui morderent cortinarū
 ansas: et fieret unum tabernaculū.
 Fecit et saga undecim de pilis ca-
 prarū: ad operiendum tectum ta-
 bernaculi. Unum sagū in longitu-
 dine habebat cubitos triginta: et
 in latitudine cubitos quatuor. Uni-
 us mensurę erant omnia saga. quo-
 rum quinque iunxit seorsum: et
 sex alia separatim. Fecitq; ansas quin-
 quaginta in ora sagi unius. et quin-
 quaginta in ora sagi alterius: ut

sibi inuicem iungerentur. Fecit et
 fibulas cneas quinquaginta quib;
 necteretur tectum: ut unum palliū
 ex omnib; sagis fieret. Fecit et oper-
 torium tabernaculi de pellibus arie-
 tum rubricatis: aliudq; desup uela-
 mentum de pellibus hyacinthinis.
 Fecit et tabulas tabernaculi de lig-
 nis sethim stantes. Decem cubitorū
 erat longitudo tabule unius: et u-
 num ac semis cubitū latitudo reti-
 nebat. Bene in castrature erant per
 singulas tabulas: ut altera alteri
 iungeretur. Sic fecit in omnibus
 tabulis tabernaculi. Equib; uigin-
 ti ad plagam meridiam erant
 contra austrum: cum quadraginta
 argenteis basib; argenteis. Duę ba-
 ses sub una tabula ponebantur
 ex utraq; angulorū parte: ubi in
 castrature laterum in angulis ter-
 minantur. Ad plagam quoq; ta-
 bernaculi que respicit ad orientē.
 fecit uiginti tabulas cum quadra-
 ginta argenteis basibus: duas ba-
 ses per singulas tabulas. Contra
 occidentem uero id est ad eam par-
 tem tabernaculi que mare respi-
 cit. fecit sex tabulas: et duas ali-
 as p singulos angulos tabernacu-
 li retro que iunctę erant ad eorsum
 usq; sursum. et in unam compagi-
 nem pariter ferebantur. Ita fecit
 ex utraq; parte per angulos: ut octo
 essent simul tabule. et haberent
 bases argenteas sexdecim. binas sci-
 licet bases sub singulis tabulis. Fe-
 cit et uertes de lignis sethimq; ad co-
 tinendas tabulas unius lateris ta-
 bernaculi: et quinque alios ad alte-

rius lateris tabulas coaptandas ex
 tra hos quinque; alios uertes ad occi-
 dentalem plagam tabernaculi
 contra mare. Fecit quoque uertem
 alium: qui per medias tabulas
 ab angulo usque ad angulum pue-
 niret. Ipsa autem tabulata de auro
 uit: et circulos eorum fecit aureos
 per quos uertes induci possint. quos
 hos et ipsos aureis lamminis ope-
 ruit. Fecit et uelum de hyacinto.
 purpura uermiculo. ac bysso re-
 torta opere polimitario uarium
 atque byssi tinctum: et quatuor co-
 lumnas de lignis sethim. quas
 cum capitibus deaurauit. fufis basi-
 bus earum argenteis. Fecit et ten-
 torium in introitu tabernaculi ex
 hyacinto. purpura uermiculo.
 byssoque: torta. opere plumarij:
 et columnas quinque cum capitibus
 suis. quas operuit auro. Basesque ea-
 rum fudit eneas. **F**ecit autem bese-
 leel et artham de lignis sethim ha-
 bentem duos semis cubitos in longi-
 tudine: et cubitum ac semissem in
 latitudine. Altitudo quoque unius
 cubiti fuit: et dimidij. Uestruitque
 eam auro purissimo intus ac foris:
 et fecit illi coronam auream pyg-
 rum. conflans quatuor anulos au-
 reos per quatuor angulos eius. duos
 anulos in latere uno. et duos in al-
 tero. Uertes quoque fecit de lignis
 sethim: quos uestruit auro et quos
 misit in anulos qui erant in late-
 ribus archę ad portandam eam.
 Fecit et propitiatorium id est oraculum
 de auro mundissimo: duorum cu-
 bitorum et dimidij in longitudi-

ne. et cubiti ac semis in latitudine.
 Duos etiam cherubin ex auro duci-
 li: quos posuit ex utraque parte pro-
 pitiatorij. Cherubin unum in sum-
 mitate unius partis: et cherubin
 alterum in summitate partis alterius.
 Duos cherubin in singulis summi-
 tibus propitiatorij extendentes
 alas et regentes propitiatorium. sequi-
 mutuo et illud respicientes. Fecit
 et mensam de lignis sethim. in lon-
 gitudine duorum cubitorum. et in
 latitudine unius cubiti: que habe-
 bat in altitudine cubitum ac semis-
 sem. Circumdeditque eam auro mun-
 dissimo: et fecit illi labium erum
 pygrium. ipsique labio coronam in-
 terrasilem quatuor digitorum et
 super eandem alteram coronam aure-
 am. Fudit et quatuor circulos au-
 reos: quos posuit in quatuor an-
 gulos per singulos pedes mensę con-
 tra coronam. misitque in eos uertes:
 ut possit mensa portari. Ipsos quoque
 uertes fecit de lignis sethim: et cir-
 cumdedit eos auro. Et uasa ad
 diuersos usus mensę: ac tabula.
 fialas. et cyathos. et thuribula ex au-
 ro puro. in quibus offerenda sunt liba-
 mina. Fecit et candelabrum ductile
 de auro mundissimo: de cuius uerte
 calami. scyphi. sperule ac lilia pro-
 cedebant sex in utroque latere. Tres
 calami ex parte una: et tres ex alte-
 ra. Tres scyphi in nucis modum per
 calamos singulos. speruleque simul
 et lilia: et tres scyphi instar nucis
 in calamo altero. speruleque simul
 et lilia. Equum erat opus sex cala-
 morum: qui procedebant de superne

candelabri. In ipso autem uerte erant
 quatuor scabi in nucis modum.
 speruleq; per singulos et bria: et spe-
 rule sub duob; calamis per loca tria.
 Qui simul sex sunt calami: proce-
 dentes de uerte uno. Et sperule igi-
 tur et calami ex ipso erunt: uniuersa
 ductilia ex auro purissimo. Fecit
 et lucernas septem cum emuncto-
 nis suis. et uasa ubi que emuncta
 sunt extinguantur: de auro pu-
 rissimo. Valentium auri appende-
 bat candelabrum cum omnib;
 uasis suis. Fecit et altare thymia-
 matis de lignis sethim: habens per
 quadrum singulos cubitos. et in
 altitudine duos. e cuius angulis
 procedebant cornua. Uestruitq; illud
 auro mundissimo: cum craticula
 ac parietibus et cornibus. Fecitq;
 et coronam aureolam per gyrum.
 et duos anulos aureos. sub coro-
 na per singula latera: ut mittan-
 tur in eos uertes. et possit altare
 portari. Ipsos autem uertes fecit
 de lignis sethim: et operuit lam-
 minis aureis. Composuit et ole-
 um ad sanctificationis unguen-
 tum et thymiana de aromati-
 bus mundissimis: opere pigmen-
 tarij. Fecit et altare holocausti de
 lignis sethim. quinque cubitorum
 per quadrum. et trium in altitudine.
 cuius cornua de angulis proce-
 debant: operuitq; illud creis lammi-
 nis. Et in usus eius parauit ex cre
 uasa diuersa: lebetas. forcipes. sus-
 cinulas. uncinos. et ignium recep-
 tacula. Craticulamq; eius in mo-
 dum reos fecit eneam: et subter ea

in altaris medio arulam. fuis quatuor
 anulis per totidem retiaculi sui-
 mitates. ad immittendos uertes ad
 portandum. Quos et ipsos fecit de
 lignis sethim. et operuit lamminis
 eneis: induxitq; in circulos. qui in
 altaris laterib; eminebant. Ipsum
 autem altare non erat solidum sed ca-
 uum ex tabulis: et in usus suum.
 Fecit et labrum eneam cum base
 sua de speculis mulierum que excu-
 babant in ostio tabernaculi et atri-
 um. in cuius australi plaga erant
 tentoria de bysso retorta cubitorum
 centum: columnę enee uiginti cum
 basib; suis. Capita columpnarum
 et tota operis celatura: argentea.
 Et que ad septentrionalis plagam:
 tentoria columpnę baselq; et capi-
 ta columpnarum eiusdem men-
 sure et opis ac metalli erant. In ea
 uero plaga que occidentem respi-
 cit: fuerunt tentoria cubitorum
 quinquaginta columnę decem
 cum basibus suis enee. et capita co-
 lumpnarum celata argentea. Por-
 ro contra orientem quinquagin-
 ta cubitorum parauit tentoria. quib;
 quindecim cubitos columpnarum
 trium cum basibus suis unum
 tenebat latus: et in parte altera.
 quia utraq; introitu tabnacti facit. quin-
 decim cubitorum erant tentoria.
 columpnę tres. et bases totidem.
 Cuncta atrij tentoria. bysuis retor-
 ta texuerat. Bases columpnarum
 fuere enee: capita autem earum
 cum celaturis suis argentea. Sed
 et ipsas columpnas atrij uestruit
 argento: et introitu eius opere plu-

mario fecit tentoriū ex hyacinto. pur-
pura uermiculo. ac bysso retorta. qđ
habebat uiginti cubitos in longitu-
dine. Altitudo uero quinq; cubito-
rum erat: iuxta mensuram quam
cuncta atriū habebant tentoria. Co-
lumpne autem in ingressu fuere qua-
tuor cum basibus eneis. capitaq;
earum et celature argenteę. Paxil-
los quoq; tabernaculi et atriū pgy-
rum fecit eneos. Hęc sunt instrumē-
ta tabernaculi testimonij que
numerata sunt iuxta preceptum
moysi in ceremonijs leuitarum
per manum Schamar filij aaron
sacerdotis: quas beseleel filius hu-
ri filij hur de tribu iuda. dño per
moysen iubente compleuerat. iun-
cto sibi socio ooliab filio achisa-
meth de tribu dan. qui et ipse
artifex lignorum egregius fuit. et
polymitarius atq; plumarius ex
hyacinto. purpura. uermiculo et
bysso. Omne aurum quod expen-
sum est in opere sanctuarij et qđ
oblatum in donarijs: uiginti et
nouem talentorū fuit et septingen-
torum triginta siclorū ad mensu-
ram sanctuarij. Oblatum est autē
ab his qui transierunt ad numerū:
a uiginti annis et supra. de sexcen-
tis tribus milib; et quingentis qu-
quaginta armatorū. Fuerunt pre-
terea centum talenta argenti: equib;
conflatae sunt bases sanctuarij. et
introitus ubi uelum pendet. Cen-
tum bases factę sunt de talentis cen-
tum: singulis talentis per bases sin-
gulas supputatis. De mille autem
septingentis et septuaginta qnq;

fecit capita columnarum: quas
et ipsas uestiuit argento. Etis qđq;
oblata sunt talenta septuaginta
duo milia: et quadringenti supra
sidi. ex quib; fuse sunt bases introi-
tu tabernaculi testimonij et altare
eneum cum craticula sua: omniaq;
uasa que ad usum eius pertinent
et bases atriū tam in circuitu quā in
ingressu eius. et paxilli taberna-
culi atq; atriū pgyrum. De hyacin-
to uero et purpura uermiculo ac
bysso fecit uestes quib; indueretur
aaron quando ministrabat in scis:
sicut precepit dñs moysi. Fecit igit
sup humerale de auro. hyacinto.
et purpura. coccoq; bis tincto. et
bysso retorta: opere polimitario.
Inciditq; bracheas aureas et exte-
nuauit in fila: ut possit torqueri
cum priorum colorū sub tamine.
Quasq; oras sibi inuicem copula-
tas. in utroq; latere summitatū:
et baltheum ex hisdem coloribus
sicut preceperat dñs moysi. Para-
uit et duos lapides onichinos astri-
ctos et inclusos auro et sculptos
arte gemmaria nōib; filioꝝ isrl: posuitq;
eos in latib; sup humeralis in monumētū
filioꝝ isrl. sic pcepit dñs moysi. Fecit uero
nāle ope polimito iuxta op sup humeral ex auro
hyacinto. purpura. coccoq; bis tin-
cto et bysso retorta. quadrangulū.
duplex mensure palmi: et posuit
in eo gemmarū ordines quatuor.
In primo uersu: erat sardius. topa-
zius. zmaragdus. In secundo: car-
bunculus. saphyrus. iaspis. In ter-
cio: hyginus. achates. amethystus.
In quarto: chrysolitus. onichinus.

xxxix.

berillus. Circundati et inclusi auro:
per ordines suos. Ipsiq; lapides duo
decim sculpti nominib; duodecim
tribuum isrl: singuli per nomina
singulorū. Fecerunt in rationali
et catenulas sibi inuicem coheren
tes de auro purissimo: et duos un
cinos eodemq; anulos aureos. Por
ro anulos posuerunt in utroq; la
tere rationalis: equibus penderent
due catene auree quas inseruerūt
uncinis qui in suphumeralis an
gulis eminebant. Hec et ante et
retro ita conueniebant sibi: ut sup
humeralis et rationalis inuicem ne
ccerentur stricta ad baltheū. et a
nulis fortius copulata quos iun
gebat uitta hyacinthina ne laxe
fluere et a se inuicem moueren
tur. sicut precepit dñs moȳsi. Fecerunt
quoq; tunicam suphume
ralem totam hyacinthina. et ca
pitium in superiora parte contra
medium: oramq; per gyru capi
ti textilem. deorsum autē ad pe
des mala punica ex hyacinto. pur
pura. uermiculo. ac bysso reuorta: et
cinnabula de auro mundissi
mo. que posuerunt inter mala
granata in extrema parte tunice
per gyrum cinnabulum aureū
et malum punicum. quib; orna
tus incedebat pontifex quando
ministerioungebatur. sicut pre
cepit dñs moȳsi. Fecerunt et tu
nicas byssinas opere textili aaron
et filijs eius: et myrras cum coro
nulis suis ex bysso. Feminalia q̄q;
linea byssina. Cingulum uero de
bysso reuorta. hyacinto. purpura

ac uermiculo distinctū arte plu
maria: sicut precepit dñs moȳsi.
Fecerunt et laminam sacre uene
rationis de auro purissimo: scrip
seruntq; in ea opere gemmario san
ctum dñi. et strinxerunt eam cū
mitra. uitta hyacinthina. sicut pre
cepit dñs moȳsi. Perfectū est igit̄
omne opus tabernaculi: et tecti testi
monij. Feceruntq; filij isrl: cuncta
que preceperat dñs moȳsi: et ob
tulerunt tabernaculum et tectū
et uniuersam suppellectilem. anu
los. tabulas. uectes. columnas. ac
bases. optorium de pellib; arietū
rubricatis. et aliud operimentū
de hyacinthis pellibus. uelum.
artham. uectes. propitiatorū. mensā
cum uasis et propositionis panib;
candelabrū. lucernas. et utensilia
earum cum oleo. altare aureum
et unguentū. thymiana ex aroma
tib; et tentoriū in introitu taber
naculi. altare eneam. retiaculum.
uectes et uasa eius omnia. labrū
cum basi sua. tentoria. atrij. et co
lumnas cum basib; suis. tentoriū
in introitu atrij. funiculosq; illius
et paxillos. Nichil ex uasis defuit:
que in ministeriū tabernaculi et
in tectum fedris iussa sunt fieri.
Uectes quoq; quib; sacerdotes uen
tur in sanctuario. aaron scilicet et
filij eius. obtulerunt filij isrl: sicut
preceperat dñs. Que postquā moy
ses cuncta uidit expleta: benedixit
eis. **L**ocutusq; est dñs ad moȳsen:
dicens. Mensis primo die prima
mensis eriges tabernaculum testi
monij et pones in eo arthā: dimit

tesq; ante illam uelum. Et illata mensa: ponet sup eam que rite precepta sunt. Candelabrū stabit cum lucernis suis: et altare aureum in quo adoleatur incensum coram archa testimonij. Tentoriū introitu tabernaculi ponet: et ante illud altare holocausti. Labrum inter altare et tabernaculum: quod implebis aqua. Circundabisq; atrium tentorijs: et ingressum eius. Et assumpto unctionis oleo. unguet tabernaculum cum uasis suis: ut sanctificetur. Altare holocausti et omnia uasa eius: labrum cum basi sua. Omnia unctionis oleo consecrabis: ut sint sancta sanctorū. Applicabisq; aaron et filios eius. ad fores tabernaculi testimonij: et lotos aqua: indues sanctis uestibus ut ministrēt michi. et unctio eorum in sacerdotium proficiat sempiternum. Fecitq; moyses omnia que preceperat dñs. **I**gitur mense primo anni secundi. in prima die mensis. collocatum est tabernaculū. crexitq; illud moyses et posuit tabulas ac bases et uertes: statuitq; columnas et expandit tectū sup tabernaculum. imposito desup operimento. sicut dñs imperarat. **P**osuit et testimonium in archa subditis infra uertib;: et oraculū desup. Cumq; intulisset archam in tabernaculum: appendit ante eam uelum. ut expleret dñi iussionem. Posuit et mensam in tabernaculum testimonij ad plagā septentrionalem extra uelum: ordinatis coram propositionis pa-

nibus sicut preceperat dñs moysi. Posuit et candelabrū in tabernaculo testimonij e regione mensę in parte australi: locatis p ordine lucernis. iuxta preceptum dñi. Posuit et altare aureum sub tecto testimonij contra uelum. et adoleuit sup eo incensum aromaticū sicut iusserat dñs. Posuit et tentoriū in introitu tabernaculi. et altare holocausti in uestibulo testimonij: offerens in eo holocaustum et sacrificia ut dñs imperarat. Labrum quoq; statuit inter tabernaculū testimonij et altare: implens illud aqua. Lauerruntq; in eo moyses et aaron ac filij eius manus suas ac pedes cum ingrederentur tectum federis. et accederent ad altare: sicut preceperat dñs. **E**rexit et atrium per gyrum tabernaculi et altaris: ducto in introitu eius tentorio. **P**ostquam cuncta perfecta sunt: operuit nubes tabernaculum testimonij. et gloria dñi impleuit illud. nec poterat moyses ingredi tectum federis nube operiente omnia. et maiestate domini choruscante: quia cuncta nubes operuerat. Si quando nubes tabernaculū deserbat: phiscebantur filij isrl per turmas suas. Si pendebat desup: manebat in eodem loco. Nubes quippe dñi incubabat per diem tabernaculo et ignis in nocte: uidentib; poplis isrl per cunctas mansiones suas.

Explicit liber exodi. qui ebraice dicitur ellefmoch. habet uersus. iij. Incipit capitula libri leuitici.